



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 10. Inventum-ne est & excogitatum aliquod effugium, ad declinandum
Pontificiæ authoritatis pondus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

De Sacram. Pœnit. Cap. XI. 181

Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, mandantes omnibus Confessariis, ut suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denuntiandi sollicitantes, seu ut præfertur tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis prædictis. Quod si hoc Officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denuntiandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes ut supra: iidem locorum Ordinarii & Inquisitores illos pro modo culpa punire non negligant.

Quæst. 10. Inventum-ne est & excogitatum aliquod effugium, ad declinandum Pontificiæ authoritatis pondus?

Resp. Laxiores Casuistæ nonnulli docuerunt, quod Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit pœnitenti Chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denuntiandus. Et hæc propositio damnata fuit ab Alexandro Papa septimo. Alia verò propositio huic similis quæ damnata etiam fuit ab Alexandro septimo est: *Modus evadendi obligationem denuntiandæ sollicitationis est, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante; hic potest ipsum absolvere absque anere denuntiandi.* Quæ propositiones non solum damnatæ sunt, sed præterea prohibitum fuit sub pœna Casus reservati soli summo Pontifici, ne quis eas doceat, vel sustineat. Videatur Tom. 6. Tractatu 7. capite 3. quæst. 13.

Quæst. 11. Est ne necesse, ut Confessarius fugiat avaritiæ notam?

Decretum
Alexand. VII.
adversus laxas
Casuistarum opinio-
nes 24. Sept.
1665.